„ob Nostrum Librum Fororum pedam[illegible]
→ „dem in praecedenti curia ea
„tor, et eos in caetero in iudici[illegible]
„et extra iudicium ab omnibus
„subditis sui Regni praecepit
„observari. translator fuisse de
Romancio in Latinum idem
dem Eximinus Petri de Sala
nova Justitia Aragonum ab
num est, et si in eorum praeda
fatione non [illegible] 302
vero eorum. [illegible] Fori au
tem 8. Et inter illos observa
ri maximè debent Forus tri
tic. tit 3 De Sarracenis, et in
edant sine parata, [illegible] in
ostendum absolute Forus tri
cus tit 4 De fide Instrumentorum
rum inter christianum, Jude
um et Sarracenos. Item Foris
tius tit 5 de usuris, inter eos
dem. In quorum posteriori, ab
tor. Jacobi I. Regis Forus eodem
tit de usuris (cuius memores fu
imus supra ad ann 1241 die
XXV. Februarij) declaratur.

For

Foro imm[illegible] Praelatis et Re-
ligiosis personis Ecclesiasticis, et
hominibus suis, ut in statutis
et Foris comprehendantur, et po-
ssint se iuvare de eis. Cuique hac
anno primum in Regno solem-
niter introductum fuit ut Epis-
copi Praelati, ac Ecclesiastici et
Religiosi homines Curiis Genera-
libus eiusdem Regni interessendo
ac interesse possent, tanquam
earum membrum sive ordo
ab aliis Militibus Regni ordinibus
separatus: sive id factum fuerit
ratione Vassallorum quos in
Regno habebant, et hodie habent
ut in hoc Foro innuitur illis
verbis: et hominibus suis: sive
ob amplissimam eorum dig-
nitatem, et saniorem consilium
ut Gothorum Regum tempore
fieri, ex multis Conciliis sive
eorum temporum Curiis satis
apparet in quibus et Regni Pro-
ceres cum Praelatis ac Religio-
sis Viris conveniebant, non ut
Sacra tractarent, quod nefas, sed
ne

re ex illis continentibus, et -
sacris, temporalis, res quaevis
quaequam pateretur aberi-
mento. Ac tandem Forus tri-
sit 8 Cui Dominus Rex prae-
facere in curia statuta et
Fori de voluntate et assensu
illorum qui ad curiam v-
nerint: et omnes avientes te-
neantur illa statuta et Fo-
ros observare. Sunt itaque
Fori omnes qui huc usque
Regno a Regibus dati rege-
runtur 431. sub 159. Titulis
collocati, et in IX. Libros dis-
tributi.

Constitutio Bonifacij VIII. Notabilis Digna circa Ecclesiastica interdicta.

Anno 1302. II. Kal. Junij con-
stitutio Bonifacij Papae VIII (Cu-
pientum, ut nullus locus, pe-
cuniarum causa, interdicto
Ecclesiastico supposito ponit(?) qu-
am ob singularem illius pie-
tatem et disciplinae Ecclesiasti-
cae meritum, hic ad-notare
lubet. Ex ipsius Regestro Lib.
ep cur. 21 et inter Extrava-
gant. De Sententia excommu-
nicationis cap. Provide re-
fert

-rico Odoricus Raynaldus h. a.
n 28

Bulla Clementis Papæ V. in favorem Abbatis Montis Aragonum.

Anno 1306. VIII. Kal. Martii Bul-
la Clementis Papæ V. apud sanctam
Mariam Eximino Abbati Montis Ara-
gonum, ac eius successoribus, con-
cedit usum Annuli Baculi Pas-
toralis, Mitræ, et totius Ponti-
ficalis. Extat apud Franciscum Di-
ac. de Ayerva in Histor. Aragonensi
lib 3 cap 28 p m. 456 sed Bullam
eius huius Bullæ datam (ea ab
Ayrsa refertur) haud inficias
ibo, cum Clemens. V. Monis Junii
huius anni electus fuisset, ac
Burdegalæ tunc commoraret
ut nulli non est notum

Literæ eiusdem Pontificis circa Regna Siciliæ et Corsicæ.

Eodem Anno V Kal. Junii Li-
teræ Clementis Papæ V. quibus
testatur Regem Iacobum Bene-
dicto XI. Antecessori suo pro Reg-
nis Sardinia et Corsica fidem
suam obstrinxisse Ex ipsius
Regestro Lib 1 ep 258 refert Odo-
ricus Raynaldus Ann. 304 n 16.
Vereor tamen ne in harum Li-
terarum Data mendum aliqu-
od irrepserit, et pro Junii An. VI.

Sit

tur Regone ... ...
gra monuimus.

Alia Littera eiusdem Pontificis, & argumenti.

Eodem Anno IV Non. Iulias ... Litteris Idem Pontifex ... tam a Rege opem libenter ex... ylcituue. Ex ipsius Registro Lib ... ep. com. 140 Vobert Odoricus Re... naldus Annal. Eccles. Tom 15 h. a... n. 10

Alia Littera eiusdem argumenti.

Eodem Anno IV Kal. Novembris Littera Iacobi II. Regis Aragonum ad Clementem V Papam in quibus se Regem Aragonum, Valentie, Sardinie, et Corsice, comitem Barchinone S.R.E. Vexillarium Ammiratum, et Capitaneum Generalem, appellat. In quibus Litteras Bonifacii Papæ VIII. quas anno 1297 vetulimus, circa Sardinie, et Corsice Regna inserit. Ex Registro Clementis Lib 1 ep. cur. 258 et aliis monumentis Vobert Odoricus Raynaldus obi sup. h. a. n. 8

Pontifex Regi Iacobo aliis Litteris decimas concedit quadriennales.

Eodem Anno XVI. Kal. Novembris aliis Litteris apud Mon...

… retempesu [illegible] … in
… tifex Iacobo Regi qui … ena
les Decimas in ipsius Reg
nis attribuit quarum colli
gendarum Provincia Valen
tino episcopo est demandata.
Ex ipsius Regestro Lib 1 ep com
140 refert Odoricus Raynal
dus ubi sup n. 10

Littera eiusdem Pontificis Confirmatoria aliarum eiusdem Regis.

Eodem Anno XVI Kal. Novemb.
confirmata etiam est a Cle
mente Papa, exposcente eodem
Rege, Venditio non nullorum
locorum, quae Hospitalarii distra
xerat, ut pecuniam redige
ret ad instruendum necessari
um apparatum cum in Italiam
a Romano Pontifice pro subsi
diendo Carolo Regi Siciliae In
sula evocaretur. Ex ipsius Reges
tro Ann 1. Lib 2. pag 37. Refert Odo
ricus Raynaldus ubi sup h. an. 1a

Alia Littera Apostolica in favorem eiusdem Regis.

Eodem Anno cum aliis Litte
ris ad eundem Regem, Datis ad
levandos sumptus expeditionis,
quam instruebat, univ[illegible] omnes
vinculis anathematis obtinuer
tas Aegypto merces committum
que

qu[illegible] racenis earum partium habitum, traditos libera[illegible], qui nefarij quaestus quartam partem, et marcs viventquintam ex foemina Regi Aragonum impendirent. Ex Regestro eiusdem Pontificis Ann. 1 Lib 2 ep. cam. 204 Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. d. n. 10.

Instrumentum Procuratorium Regis.

Anno 1306. Valentiae x. Kal. Maij Instrumentum Procuratorium Regis, ut Sardiniae Regni nomine fidem Clementi V. Pontifici obligaret. Ex Regestro eiusdem Pontificis Lib 1. ep 258. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup h. a. n. 10

Executio illius ex Litteris eiusdem Pontificis.

Eodem Anno Burdegalae V. Kal. Junij Litterae eiusdem Pontificis Executionis instrumenti precedentis cum illius inserione. Ex Clementis Regestro ubi sup. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup n. 11.

Pontifex concedit Regi Decimas suarum ditionum ad bienium.

Eodem Anno Altijs Litteris Idem Pontifex Regi decimas quibus potiebatur in suis Regnis ad bienium

um ipsi attribuit. Ex ipsius Regestro Lib. 1 ep. cur. 140. Refert odoricus Raynaldus ubi sup. d. n. 11.

Fori Aragonum.

Anno 1307. Rex cum in civitate Cesar augusta curias Generales Regno celebrandas indixisset, easque iam congregatas de assensu Praelatorum, Religiosorum, Baronum, Mesnaderiorum, et Procuratorum, civitatum et villarum eiusdem Regni ad Locum de Alagone commutandas duxisset; Novos Foros de voluntate et assensu earundem curiarum Regno dedit Numero 11 sub 8 titulis collocatos. Quorum praecipui sunt: For. unic. tit. 1. de Generali curia Aragonensibus a Rege deinde de biennio in biennium in festo omnium Sanctorum celebranda. For. unic. tit. 2. de Archivis, sive Archis communibus removendis, et quod de caetero non fiant. For. unic. tit 3 de secunda confirmatione monetae, sub Forma Provisionis, sive Pragmatica Regiae. Fori duo tit 4 de testamentis nobi

Litera eiusdem Pontificis quibus Regem in bello sequentibus indulgentias impertitur, et ei plures alias gratias concedit

bilium militum de Infantionum et heredibus eorum instituendis. For. Unic. Tit 7 de Forma Procuratoris eorum qui pro Universitatibus suis ad Generales Regni curias convenerint. For. Unic. Tit. 8 de Usuris, sive Pragmatica altera Regis circa eas. Datta. VIII Kal Iulij huius anni 1307 Eorque omnes Rex dictis Libro IX. Fororum adiungi ac perpetuo observari voluit. Sunt itaque Fori huc usque rogati Lib. IX. Tit 167 Fori vero 442.

Anno 1309. VIII Kal. Maij Litterae eiusdem Pontificis quibus signa Iacobi Regis contra Sarracenos pugnantis sequentibus, insigni eiusdem Regis elogio indulgentias concedit, decimas trienales, et pluraque alia gratiose impertitur Ex ipsius Regesto Lib 4. ep cur 94 et ep cum 328 et 329 refert odoricus Raynaldus ubi sup n. 25.

Eodem Anno III. Id. Septembr. Litte

Littera gratulatoria eiusdem Pon-
tificis ob captam a Iacobo Rege
Septam, et Almeriam.

Littera eiusdem Pontificis Va-
lentinas Episcopo Gratulatoria ex
quod Iacobus II. Septam et Alme-
riam a Sarracenis expugnaret
viriliter, cuius ocasione plures
eidem Regi gratias in belli sum-
ptus concedit. Ex ipsius Regestro
ep. cum 756 92. 94 1259 760. 761 –
791 Refert Odoricus Raynaldus
ubi sup n 27.

Littera Clementis Papæ V. in fa-
vorem Regis Iacobi cum insigni
eius elogio.

Eodem Anno II. Idus. Novemb. Litte-
ra Clementis Papæ V. Sarraconensi
Archiepiscopo et Episcopis omnium
ditionum Iacobi Regis (Sardinia
et Corsica exceptis) quibus compa-
rare auxilia eidem Regi nititur
Pontifex, indulgentias quæ opem
latulis proponit ac praeces fieri
iubet, cum insigni eiusdem
Regis elogio. Ex ipsius Regestro
Lib 4. ep. cur 95 et 96 Refert Odo
ricus Raynaldus ubi sup n. 29.
ac 31.

FORI Aragonum.

Anno 1311. XII. Kal. Dezembris
Rex in Villa Daroca curias Gene
rales celebravit in eisque ad con
servationem Iustitia, et bonum
statum totius Regni Aragonum
de consilio et asensu omnium

Pra

Praelatorum, etc. qui vocati ad e
9. convenerunt, Nobis Foros fecit
Rex scilicet sub totidem Ti
lis collocatos; quorum primus
est: De testamentis civium e
aliorum hominum Aragon
sive extensio Fori cuiusdam
Anni 1307 Tit. De testamentis
ultimum etc. de quo suo loco di
ximus, exceptis hominibus U
niversitatis Turolii et Albarra
ni, qui (ut in hoc Foro dicitu
habent suos Foros. Secundus Ti
De Monopolia, et confratria in
ter ministrales de caetero non
fiant. Tertius Tit. De Cerdoni
bus i.e. de hominibus qui pelli
bus hircorum, arietum, ovi
um, et vaccarum vel aliis c
ziis laborant. Quintus Tit. De
successoribus ab intestato. Sextus
et ultimus Tit. De debitum n
possint probari per Litteras si
gillatas (exceptis aliquibus) ni
si fuerint publica Instrumen
ta. Has Leges Rex et caeteri qui
in curia erant iuraverunt per
petuo tenere, et inviolabili
ter observare. Sunt itaque om
nes

ces Tom. [illegible] ati
Lib IX. Tit 137. Fol 448.

Infeudatio Regia

Anno 1313 Jacobi Regis Aragonum, et Majoricarum concessio Feudi facta ab eodem. Extat apud D Luc. Dachery, Tom 8. Specileg. p m 267.

Bulla Clementis Papæ V. ad Jacobum Regem circa expeditionem Athenarum.

Anno 1314 XIX Kal Febr. Bulla Clementis Papæ V qua Jacobum Regem cohortatur, ut cathalanorum copias extra Attica dimoveat. Extat apud Zuritam in Indic. Ver. ab Arag gestar h A p m 159. Et ex eo laudatur ab Odorico Raynaldo ubi sup h a n 8.

Litteræ & oratores Regis ad Joannem Papam XXII.

Anno 1316 Ilerdæ VIII. Id Sempembris. Regis Litteræ ad Joannem Papam XXII. per manus Pontij Episcopi Barchinon. et Vitalis de Villanoba ipsius oratorum ut investituram Regnorum Sardinia ac Corsica illi confirmaret. Ex ipsius Pontificis Regesto Anno 1 p 2 ep [illegible] 1349 et pluribus alijs monumentis tradit Odoricus Raynaldus h a n 27.

Eodem

Benigna Responsio eiusdem Pontificis

Eodem a[illegible]no XII Kal. Decem-
bris Benigna ad petitionem
Regiam Ioannis XXII Pon-
tificis Responsio. Ex ipsius Re-
gestro ubi sup. ep. com. 134. Re-
fert Odoricus Raynaldus, [illegible]
nuper.

Litera eiusdem Pontificis ad Regem de Canonizatione Sancti Ludovici Episcopi Tholos.

Anno. 1317. XVII. Kal. Ma[illegible]
Litterae Ioannis Papa XXII.
quibus Regem Iacobum c[illegible]
tiorem facit canonizationis
s Ludovici Tolosatium Epi-
scopi, ac Fratris Blanca Re-
gina, quam antea Rex uxo-
rem duxerat Extat apud
Zuritam, in Indic. Ver. ab.
Arag. Regestar h. R. p. m. 161
ex quo [illegible] Odoricus Ray-
naldus [illegible] Lit-
teras etiam eiusdem Ponti-
ficis tradit ad Mariam Re-
ginam Siciliae Reginam
ac eiusdem sancti Matrem
quae tunc adhuc in huma-
nis agebat.

Idem Pontifex Caesaraugustanam Ecclesiam ad Metropolis Dignitatem evehit.

Anno 1318 XVIII. Kal. Iul.
Pontifex Caesaraugustanam
Ecclesiam Procurante Rege Ia-
cobo II. ac Consentiente Archie-
pis

pro-ope [illegible]nensi, cuius re-
pagi nec ante oratp Archiepisco
palem fecit quod suis Litteris
Regi nunciavit. Ex ipsius Ann 2
ep cur. 97 Pontificis Regestro Ann.
2 ep cur 97 et tom 1 ep secr 724.
et 579 Refert Odoricus Raynal
dus h. a n 38. Petrus Lopezius
de Luna Primus Archiepisco
pus ab eodem Pontifice Desig
natur praficiturque.

Litterae eiusdem Pontificis ad Regem circa pratensam Primatiam Toletanam.

Anno 1320 II. Id. Novembr. Lit
tera eiusdem Papa, Regi Iaco
bo, super quarimonia quam
dedit de Archiepiscopis Sarra
conensi ac Caesaraugustano,
eo quod filio Regis Ioanni Ar
chiepisc. Toletano, non permi
ttent pratensa Primatia
Toletana uti in eorum Dia
cesibus. Extat apud Zuritam
in Indic. Ver. ab Arag. Reg. ges
tar h. A. p. m. 164. Ommittitur
ab Odorico Raynaldo in Annal.
Eccles h a.

Alia Littera in favorem Iacobi Regis.

Anno 1321 Littera Ioannis Papa XXII
quibus concedit Regi Iacobo ut habea
[illegible] mencionis ad Sarraconensi
[illegible]

rcor [illegible] [illegible] [illegible] eaxum q[illegible]
tis captivos Christianos redimen[illegible]
ea lege ut ferrum [illegible] in a ligna
conficiendis navibus idonea, qui
bus Christiani Itali ponent, sola
illi reddi non inferret Ex Epistis
Regesto Ann 8 p. 1 ep com 216 Mem
est Odoricus Raynaldus h a n. 40

Alia Litterae eiusdem Pontificis ad Regem circa res Sardiniae.

Anno 1324 XII. Kal. Decembris
tera eiusdem Pontificis respons[illegible]
ba Legationis quam ad eundem ho
anno Rex mediis Petro Infanti eius
nato miserat, super Regnis Sardini[illegible]
et Corsica. Ex [illegible] Regestro [illegible]
ep secr pag 29. refert Odoricus Ray
naldus h a n 36

Instrumentum circa eandem rem.

Anno 1325 Die XXI. Mensis Se[illegible]
nij instrumentum ab Ratione Re[illegible]
gis Bernardo de Boxados [illegible]
factum circa res Sardiniae Ex Lib
Privilegio Rom. Eccles Tom. 3 p 315. et
alijs monumentis tradit. Odori
cus Raynaldus h. a n 17.

Fori Aragonum.

Eodem Anno VI Idus: Octobris,
convocatis Curijs Generalibus in ci
vitate Caesaraugustae post mul[illegible]
altercationem inter Regem et s[illegible]
ditos circa Regni Privilegia ac Li
bertates Rex Declarationem Pri[illegible]
legij Generalis Aragonum (de quo
di

-ximus ad Ann 1283.) Regno con-
cessit, nobo Privilegio, quod post à
Iatori supra Regni Foro collocari
iussit. Constat XXII capitibus, in
quibus Catalanæ Regni petitiones ac
Regis ad ea Decreta continentur, qui-
bus Privilegium Generale antea ca-
sum sive illius capita moderan-
tur, explicantur que.

Restitutio Navium Carolo Regi Franciæ.

Anno 1326. Jacobi Aragoniæ Re-
gis, Carolo Regi Francorum resti-
tutio ob Naves mercibus onera-
tas, à subditis suis in mari sub-
latis. Extat apud D. Lucam Dache-
ri, Tom 8 Spicileg. p m. 281

Responsio Regis Franciæ circa eandem rem.

Responsio Regis Francorum,
ad eundem Jacobum. Extat apud
eundem, ubi sup. p. m. 282.

Litteræ Pontificis in Fabricam Ecclesiæ Cæsaraugustanæ.

Ann. 1327 Litteræ eiusdem Pon-
tificis Jacobo Regi Aragonum in
fabricam Ecclesiæ Cæsaraugusta-
næ quam Rex exagitare nimis
eo tempore videbatur. Ex ipsius
Regesto Tom 6. p 1. ep. secret pag. 40.
Memor est Odoricus Raynaldus h.
a. n 33.

Litteræ eiusdem Pontificis circa Duellum.

Eodem Anno V. Kal. Junij. Litte-
ræ eiusdem Pontificis ad Jacobum
Re-

Regisque Aragonum circa duellorum
prohibitionem. Ex ipsius Regis
ro ubi sup. memor est Odoricus
Raynaldus h. a. d. n. 39.

Concordia inter Regni Aragonum, et Maioricarum.

Eodem Anno concordia inter
Jacobum Regem Aragonum, et
Jacobum Regem Majoricarum.
Extat apud D. Luc. Dacheri. Tom.
10. Specileg. p. m. 197

Epistola Pe[tri] Justitia Aragonum ad Regem Jacobum.

Epistola Duae Petri Eximi
ni de Salanova, Justic. Arag.
eidem Reg. Jacob scriptae sine
Anno Extant apud Blancam
in Comm. Rer. Arag. p. m. 748.
et 749.

Fr. Petrus Marsilius, sive de Marzilla

Circa hunc eundem Annum
Fr. Petrus Marsilius, Ordinis Prae
dicatorum, Domus sanctae Ca
therinae Martyris, Barchino
nensis Ordinis, in Latinum, ex
Vernacula provincialium, sive
Cathalana Lingua convertit His
toriam, quam de rebus sui tem
poris Jacobus Rex Aragoniae I.
superiore saeculo conscripserat
(de quo supra) quam vidit, lau
datque magnus Historiarum
Aragonensium Vindex Hier.
Zu

Oldradus de Ponte Laude.

Duita qui vixisse cum suo Mes to II qui hoc A. 1327 diem suum obiit, diserte monet

Floruit etiam per hac tempora Oldradus de Ponte Laudo I.C. toto orbe notus, cuius Responsa iuris, sive Consilia (vocant) habemus, secundo edita Lugduni A. 1550. Isque consil. 94. An Rex Aragoniæ, aliquam Regni partem, in successorum præiudicium, Reginæ, vel Filiis suis stante iuramento de nihil Regno alienando, dare possit? Et An possit Regnum inter Filios dividere? Ab partes disputat; et negativam partem veriorem putat. Et iterum consil 231. de Divisione Regni, quam Rex Iacobus I. inter Filios suos Petrum, et Iacobum, cui Majoricarum Regnum concessit laté agit. Sed cum in Oldradum incidimus, liceat hic obiter paucula ipsius verba ex consil. 63 transcribere, ubi cum Romano Pontifice, occasione schismatis, sermonem instituens, postquam Guelphorum partes semper

pro

pro Romana Ecclesia pugnare
statuit: hec n 5. eiusd. Consti
„ subjungit verba de aliis Nati
„ nibus, Ego non multum scio, sed
„ de Natione Hispanorum, Ego di
„ co vobis, quia ipsi habent mag
„ nam devotionem ad Limi
„ na Apostolorum, in tantum,
„ quod Ego audivi pluries, quod
„ sunt multi qui non distant
„ ab Ecclesia B. Jacobi per unam
„ dietam, et nunquam intrave
„ runt Ecclesiam, et tamen pere
„ grinantur, et vadunt Romam.

Uxor Regis et eorum Filij:

Rex Nuptias despactus cum
Elisabetha Ferdinandi IV. Caste
llæ Regis Filia; cum Celestinus V.
Rom. Pont. consanguinitatis vin
culo irretitis dispensare noluisset
Uxorem duxit Blancam, Caroli
Neapolis praetensi Regis Filiam,
ac S. Ludovici, Tolosanum Episco
pi, sororis, ex qua, Quinque Filios,
ac totidem Filias habuit. Jacob
qui regnare noluit et Magister
Militaris ordinis B. Mariæ de Mon
tesa vitam finijt. Alphonsum
Comitem Urgellensem, qui regna
vit. Joanem Archiepiscopum To
le

lecanum, deinde Sarracenen
sem, ac Patriarcham Alexan
drinum. Petrum comitem Ri
pacurtiensem; Ac Raymundum
Berengarium comitem de Pra
des Mariam, quae Petro Infanti
Castellae nupsit: Constantiam,
quae Ioanni, Lusitani Regis Ne
poti. Elisabetham quae Federi
co Austriae Duci, ac in Impera
torem Rom. electo. Blancam in
signis, Sixenensis Monasterij
Priorissam: Ac Violantem pri
mum Philippi Romaniae Despo
ti Uxorem, et quae deinde mor
tuo, D. Lupi Luna primarij
apud Aragones viri, Segorvien
sis Civitatis Domini, qui postea
Lunensis comitis nomen assum
psit. Inscriptio cum depicta Ima
gine caesar aug appensa est. –

Inscriptio quam habet cum dicta effigie.

„ Iacobus II Iustus Petri III. Fi
„ lius. In. Sicilia. Cum. Absenet.
„ A Patre. Illius Imperio. Donatus.
„ Inde. A Nostris. Ab. Regis Munia
„ Obeundo Evocatus. Est. Quod
„ Alphonsus Frater. Connubij. Par
„ ticeps Non Factus Decessisset Ve
„ niens. Itaque. In. Urbem. Hanc. Ve
„ Corona. Et. Regni. Gubernatione

sus

„ Suscepta. Iustitia. Et. Aequita[illegible]
„ Clarus. Nomineque. Et. Honor[illegible]
„ Illustris. Fuit. Post. Multas. [illegible]
„ Res. Domi. Forisque. Praeclare. [illegible]
„ tas. E. Vita. cessit. AD IV. Non[illegible]
„ Nobemb. aetatis Suae. Ann. LXV[illegible]
„ Natalis Domini. M CCC. XXVII.
„ Regn Ann. XXXVI. Menses IV. [illegible]
„ XIV.

ALFONSUS IV Benignus et Pius

1327.

XIII.

Alphonsus IV. Rex.

Post Iacobum II Regem regnavit hoc anno Alphonsus IV Benignus et Pius cognominatus

Litterae Pontificiae Ioanni XXII. circa res Sardiniae

Anno 1329 Pridie Id. Octobr. Litterae eiusdem Pontificis Ioannis XXII Ioanni olim Archiepiscopo Toletano in Patriarcham Alexandrinum electo, ut Sacramentum ab Alphonso Rege fratre pro Sardinia ac Corsica Regnis acciperet. Ex ipsius Regestro Ann 13 p 2 ep. com 1413 Refert Odoricus Raynaldus h a n 83

Litterae Regis Alphonsi ad Pontificem de eadem re

Eodem Anno Valentiae V Kal Novembris. Litterae Regis Alphonsi ad Ioanem Papam XXII. De eadem Re Ex Lib Privileg Rom. Eccles tom 3 pag 153 et aliis monumentis refert Idem Odoricus Raynaldus ubi sup n. 85

Litterae eiusdem Pontificis ad Regem super denegatione cuiusdam dispensationis matrimonialis.

Eodem Anno III Non Martii Litterae eiusdem Pontificis Regi Aragonum illustri, in quibus denegata eidem Regi dispensatione

Apos

Apostolica ad contrahendas nup-
tias inter Petrum Ripacurtiæ
Comitem fratrem suum et Ele-
noram Reginam Cypri Fride-
rici Regis Sinacriæ patrui sui
filiam, rationem reddit Ex illi-
us Regestro tom. 2. p. 1 ep. secr. p. 192
refert Odoricus Raynaldus ubi sup.
n. 88

Litteræ pactiones inter eundem Pontificem et Regem Alphonsum.

Anno 1330 Pridie Kal. April. et
VI Non. Maij Litteræ eiusdem Pon-
tificis quibus cum Alphonso Re-
ge Aragonum illustri paciscitur
dum ij arma ad expugnandos
mauros accipit. Ex illius Rege-
stro tom. 2. p. 1 pag. 180 et Ann. 14.
p. 3 ep. com. 3446 Refert Odoricus
Raynaldus h. a. n. 46

OBSERVANTIÆ Aragonum quæ? et a quibus primum scribi cœperunt?

Legibus sive Foris Aragonum, qu-
os huc usque vertimus latis, cæ-
pit ut naturaliter evenire solet,
ut interpretatio desideraret pru-
dentium auctoritate necessariam
esse disputationem Fori. Hac dis-
putatio, et hoc ius, quod sine pu-
blica auctoritate incæpit, scrip-
tum fuit primum a prudentibus
modo ac nomine privatarum
obser

Observationum, sive Observantiarum (ut dicere amarunt) eo quo modo dicta Leges sive Fori Regni in Iudiciis, ac extra ea practicabantur, ac declarabantur à Iudicibus Legumque patriarum peritis at labente demum tempore, publica, et regali auctoritate firmatum hoc ius fuit, de quo mox Igitur Auctores earum suis locis dabimus.

Observantia Eximini Petri de Salan. Iustic. Arag.

Observantia Eximini Petri de Salanoba, (ubi Reg. Iustic. fuit ab A. 1249 usque ad A. 1330) cuius, vel Martini Sagarra (qui eodem Magistratu potitus fertur, ab anno 1276 usque ad ann. 1281. et observantias Regni scripsisse, credi tur magis quam probatur, cum nec tempus illius praefecturae satis constet) esse suspicatur fragmentum quod de Libertatum Aragonensium Origine, ex Michaele de el Molino (de quo infra) tradit Hier. Blanc. in comm. rer. Arag. p. m. 721 sed de his Observantiis iterum anno 1361 dicturi sumus.

Observantia Sancti Eximini de Agrebe Justic. Arag.

Observantia [illegible] eorundem Jani Foro Sancti Eximini de Aver de Justic. Arag. eodem An 1330 a quibus etiam infra ad ann 1361 dicturi sumus.

Littera Joannis XXII. Papae Mariae Reginae Aragonum.

Anno 1331. XV. Kal. Februarii. Littera eiusdem Pontificis Mariae Regina Aragonum illi consilium contra magicas insidias petenti. Ex ipsius Regestro tom. 8 p. 1 ep. secr. pag 47 refert Raynaldus h. a.

Littera Benedicti Papae XII. ad Regem Alphonsum de electione sua.

Ann 1334 V. Id. Januarii Littera Benedicti Papae XII. quibus Al Cphonsum Regem Aragonum certiorem sua electionis facit. Ex ipsius Regestro ep 1. refert Odoricus Raynaldus tom 16 Annal. Eccles. h. an n. 4.

Littera Alfonsi Regis ad eundem Pontificem circa feudum Sardiniae.

Ann. 1335. Barchinone IV. Non Octobr Littera Alphonsi Regis ad Benedictum XII circa feudum Sardinia Ex Arce S. Angeli, et Lib Privileg. tom. 3. pag. 307. et aliis monumentis refert Odoricus Raynaldus ubi sup. h. a. n. 32.

Responsio Pontificis ad Regem de eadem re.

Eodem Ann XIII. Kal. Januarii Littera eiusdem Pontificis ad Regem quibus ad missa est abes fidet Regis sponsio Ex illius Regestro Ann 1.

1. p 1 ep. com. 960. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n. 40.

Littera eiusdem Pontificis ad Regem circa res Siciliæ.

Eodem Ann II Kal. Jan. Litteræ eiusdem Pontificis ad Regem vel Præfectum suæ classis, quem sine iussu Regis temerarium facinus circa Siciliæ res aggressum putabat merita mulcta afficeret. Ex ipsius Regestro Tom. 1. ep secr. 739. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup n 13.

Observantiæ; Glosa, sive Commentarius ad Foros Aragoniæ, Petri, seu Ioannis Petri de Pator.

Eodem Anno. Observantiæ Ioannis de Pator Locumtenentis Iustitiæ Arag. An eorundem Fororum Glosa? Antiquum enim Fororum Aragoniæ Glosatorem eum appellat Molinus in Repertorio verb. abrens fol 1. col. 2. Et rursus verb. actio, fol 2 col 3 alt: Statenet Glosa ordinaria Petri de Pator in Foro unic. Tit de Homagio. Hyeronimus quoque Blanca in Comm. rer Arag p m 805 ait: Ioannes Petri Pator Cæsar-augustanus, ut ipse de se tradit, Iurisperitus et miles quosdam in nostras leges edidit commentarios ann ch 1335 antiquitatem ipsam redolentes, et qui valde probati priscis illis sæculis fuerunt

Observantia Arnaldi de Francia.

Uxores Regis, et eorum Filij.

Insriptio quam habet eius Depicta effigies.

sunt. sed an is diversus sit a[...] altero affirmare non ausim. M[...]

Observantia Arnaldi de Fran[...] cia Locumthen. Justic. Arag. M. S[...]

Uxorem duxit Rex, vivente a[...] huc Patre, Theresiam, Gombaldi [...] de Entenza Urgellitani Comiti[...] Filiam, ac Haeredem, ex qua F[...] lios habuit Alphonsum; Petrum[...] partu editum septimestri, qu[...] Patri succesit; Jacobum Comite[...] Urgellitanum, ac aliarum a[...] tionum sancti Antillonis, eius[...] Avi Materni Dominum, Fede[...] ricum (sive Fadrique) ac San[...] ctium. Filias quoque habuit Con[...] stantiam quae Jacobo Majoricarum[...] Regi nupsit; ac Elisabetham. Mo[...] tua igitur, Regina vita funct[...] ta duxit etiam, Rex in Uxorem[...] Eleonoram, Alphonsi Castella Re[...] gis, Sororem, ex qua Filios etiam[...] habuit: Ferdinandum, ac Joann[...] em, quibus amplissimas, proc[...] rante Matre, Donationes fecit.

Inscriptio quam eius depicta Ef[...] gies Caesaraugusta habet, ita sonat[...] „Alphonsus IIII. Benignus. Et Pius.

[...]

„Jacobi II. Filius. In. Patris. Lo
„cum Suffectus. Cum. Universum
„Iam. Regnum. Pace. Et. Otio. Pot.
„Bellis Et. Periculis Parto. Fruе
„retur Initium. Capesendi. Illud
„Magnificentissimo. Huius-ce. Or
„bis Ostentatione. Festorumque. Ac.
„Ludorum. Celebritate. Dum. Om
„nibus. Insignibus. Potentiæ. Et.
„Dignitatis. Regiæ. Sumptuosiori
„Quam. Antea. Apparatu. Et Pompa
„Coronari. Voluit. Honestavit.
„De. Reliquo Cum. Mitis. Et Placi
„do. Ingenio. Erat. Boni. Et. Mode
„rati. Principis Locum. Obtinuit.
„Vixit. Annos XXXVII. Mortuus
„Est. A. D. IX Kal. Febr Anno. Do
„mini. M. CCCXXXVI. Regn. Ann.
„VIII. Menses II. Dies. XXII.



Petrus IV. Rex.

PETRVS IV. Ceremoniosus

Anno 1336.

XIV.

Alphonso IV. Regi Petrus eciam eius filius succesit, ceremoniosi dicto, ob insignem illius domestice ac publicarum functionum instrutionis (Etiqueta nunc dicimus) peritiam, insignitus.

Litera Benedicti XII. ad Petrum è Luna Archiepiscopum Cesaraug.

Ann. 1336 II Non Januarii. Littera Benedicti Papae XII. ad Petrum è Luna Archiepiscopum Caesaraugustanum, quibus eum ut paci Regni studeret serio monet. Ex illius Regestro tom. 2. ep. secr. 390. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n 49

Litera eiusdem Pontificis ad Regem de eadem re.

Eodem Anno ac die Littera eiusdem Pontificis Petro Regi Aragonum illustri. de eadem re. Ex ipsius Regestro ubi sup. ep. secr. 386 Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n 51

Littera eiusdem Pontificis ad Eleonoram Reginam Arag. de eadem re.

Eodem Ann. Non Januarii Littera eiusdem Pontificis Elionora Regina Aragonum illustri de eadem re. Ex ipsius Regestro ubi sup. ep. secr. 388 Refert Odoricus Ray

Raynaldus ubi sup. n. 50

Litera Petri Regis Aragonum

Eodem Anno VI Id. Januarij Litera Petri Regis Aragonum de supremo pene Sedibus (?) in Sardinia iure. Ex Lib. Privileg. S. R. E. tom 3 pag 319 et aliis monumentis refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n 48

Litera Benedicti XII. ad Regem gratulatoria de suscepto pacis consilio.

Anno 1337 III Non. Decembr. Litera eiusdem Pontificis Petro Aragonum, quibus eum gratulatur de suscepto pacis consilio. Ex ipsius Regestro tom. 3. ep. secr. 360 Refert Odoricus Raynaldus h. a. n 25

Nicolaus Specialis.

Eodem Anno Nicolaus Specialis scripsit Rerum Sicularum libros VIII ab A. C. 1283 usque ad A. 1337 ubi plura de rebus, ac Regibus Aragoniae: primum edidit ex Cod. M. S. Bibliothecae Regiae Parisiensis Stephanus Balluzius Tutelensis, in fine Marc. Hisp. Parisiis apud Franciscum Muguet. A. 1688

Litera Benedicti XII. ad Regem pro Rege Maioricarum

Anno 1338 XII Kal. Januarij Litera eiusdem Pontificis Petro Regi Aragonum illustri pro Jacobo Balearium Insularum Rege. Ex ipsius Regestro tom. 4. ep. secr. 450 refert Odoricus Raynaldus h. a. n 49

Anno 1339 VIII Id. Martij et XI Kal

Alia eiusdem Pontificis ad eundem Regem Maioricarum.

Kal. April. Litteræ eiusdem Pontificis Jacobo Regi Maioricarum illustri, quibus eum monet ut Petro Regi Aragonum præstet clientis sponsionem. Ex ipsius Regestro tom 5 ep secr 95 et 110 refert Odoricus Raynaldus h. a nn 74 et 75

Alia eiusdem Pontificis ad Petrum Regem Aragonum de eadem re.

Eodem Anno et die XI Kal. Aprilis Litteræ eiusdem Pontificis charissimo in christo Filio Petro Regi Aragonum illustri, de eadem re. Ex ipsius Regestro tom 5. ep secr 109 Refert Odoricus Raynaldus h. a n 73

Litteræ eiusdem Pontificis ad eundem Regem, ne Judæi, ac Sarraceni indulgentiâ plus iusto.

Anno 1340 VI Id. Januarii Litteræ eiusdem Pontificis charissimo in christo Filio Petro Regi Aragonum illustri, quibus eum monet ne tantam licentiam Judeis ac Sarracenis in Regnis suis concederet Itemque ad Archiepiscopos Cæsaraugustanum, et Tarraconensem ac eorum suffraganeos, ad viros eorum Regnorum primarios, ac Cæsaraugustanam civitatem scripsit. Ex ipsius Regestro tom 6 ep secret 1. 2 3. 4 5 et 7 refert Odoricus Raynaldus h. a n 56 57 et 58

Anno 1341 XV Kal. Julii Litteræ eius

Littera eiusdem Pontificis Episcopo Ilerdensi circa solutionem census annui, pro Sardiniae Regno.

eiusdem Pontificis Episcopo Ilerdensi super solutione census annui Regni Sardiniae. Ex ipsius Regestro ep 199 et ann. 2. ep. com. 111. Refert Odoricus Raynaldus h. a. n. 37.

Littera Clementis Papae VI. ad Regem et Reginam Arag. de electione sua

Anno 1342. Littera Clementis Papae VI ad Petrum ac Mariam Arag. Reges quibus eos electionis suae ad Apostolatus apicem certiores facit. Ex ipsius Regestro Ann. 1. Lib. 1 ep cur 11 et 61. Refert Odoricus Raynaldus h. a. n. 2.

Littera eiusdem Pontificis pro conciliandis Regibus Arag. et Maioricae

Eodem Anno III Kal. Ianuarii Littera eiusdem Pontificis ad Reges Aragonum, et Maioricae ac plures alios Ecclesiastici ordinis viros pro eisdem Regibus ad invicem conciliandis. Ex ipsius Regestro Ann. 1. lib 6 ep cur 41 42 45 47. 52 Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n. 26.

Littera eiusdem Pontificis ad Archiepiscopum Aquensem de eadem re

Eodem Anno XIV. Kal. Iulii Littera eiusdem Pontificis ad Armandum Archiepiscopum Aquensem S. R. E. ut Regem Aragonum et Maioricae conciliare studeret. Ex ipsius Regestro Ann. 1. lib 6 ep cur 2. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup. n. 25.

Alia eiusdem Pontificis littera circa eandem rem.

Ann. 1343. V Id. Iunii Littera eiusdem Pontificis ad Petrum Regem Aragonum ac plures alios ut Regem

eum

eumdem ac Iacobum Regem Maioricarum amico fœdere iungeret, ob harum discidiorum causa ad longum referuntur. Ex ipsius Registro Tom 2 ep secr 24 et Lib 1 ep cur 118 120 ad 124 142. ad 146. 232. 264 ad 267. et 431 apud cond.

Litteræ eiusdem Pontificis ad Bertrandum Cardinalem de eadem re.

Anno 1344. II Id. Maij Litteræ eiusdem Pontificis ad Bertrandum tit. S. Marci Presbiter Card. S.R.E. ut pacem inter eosdem Reges Aragonum et Maioricarum revocare tentarit. Ex ipsius Registro Ann. 2. lib 5 pag 6 Refert Odoricus Raynaldus ubi sup n 34

Alia Litteræ eiusdem Pontificis circa eamdem rem.

Eodem Anno IV Id Augusti Litteræ eiusdem Pontificis Petro Regi Aragonum illustri, circa eamdem rem. Ex ipsius Registro Tom 3 ep secr. 207. Refert Odoricus Raynaldus ubi sup n 37

ORDINATIONES Domus, ac Curiæ Regiæ.

Eodem Anno Barchinonæ XV Kal Decembris Fecit idem Rex Petrus IV Ordinationes sua Regia Domus ac Curia (Etiqueta nunc dicere iubet) vere aureas, quæ tineis et blateis consumpta fere MSS apud plures iacent. Quadriparti-

tum

... quae opus est, Cathalana,
quae sive Lemosina Lingua scri-
tum ac in plures Tit. dividitur
Pars I titulos habet 27 II 21 III
19 IV et ultima 24 Extat eti-
am in castellanam Linguam
redactum à Michaele Clemente
Protonotario Cor. Arag. Ann
1562 De eoque late agit ejus
us quarto citius editionem
promovere non desinens D Joan-
nes Lud Lopez in S ac. S Coron
Arag. senatu Advocatus Fisca
lis in Disceptat. Fisc. De Iure
Maiestatico S ac. S Corona Arag
Consil Ann 1699 ex Regio Decre
to edita Matriti apud Ant.
de Zafra De qua infra.

Littera eiusdem Pontificis pro Iacobo Rege Maioricarum.

Anno 1345 XIV Kal Februarij
Littera eiusdem Pontificis Petro
Regi Aragonum illustri, ut cle
menter se cum Iacobo Maiorica
rum quondam Rege haberet. Ex
ipsius Regestro tom. 3 ep secr 669
Refert Odoricus Raynaldus h. a. n

FORI Aragonum

13 Anno 1348 Die sabati IV Non
Octobr convocatis Curijs Genera
libus Regni apud Civitatem
Caesar

Casar augusta, post multas et
acres cum rebelles altercatio
nes, Rex Novos Foros omnium
quæ qui hucusque scitè erant
amplissimos Regno, dedit. XXXIX
sub XX titulis collocator. Quorum
primus est. De prohibita unio
ne: cassatione, et anullatione
ipsius, et dependentium ex eadem;
et quod de cætero, nunquam fi
at, nec fieri possit. i. e. de abolitio
tione Privilegiorum unionis
de quibus supra ad ann. 1287 ē
primus. Secundus Foro. 1 Ut de ip
qua Dominus Rex, et alij succe
sores ipsius; Gubernator Arago
num et eius vicem gerentes;
Justitia Aragonum, et alij Judi
ces facere, et servare tenentur,
ut Fori Aragonum conserventur
Et For. 2. Quod Regens officium Gu
bernationis sit illius simplex. Et
Foro 3 De Juramento prestando
per officiales de servando Foros,
privilegia, libertates, usus, et
consuetudines Regni Et For. 5 -
Quod in dubijs non crasis Rege
ns officium Gubernationis et
alij officiales teneantur consu
lare Justitiam Aragonum. Et For.

9 Quod Dominus Rex teneatur
duos milites et duos Iurispe
ritos secum ducere, cum qui
bus negocia Aragonum expedi
antur. Tertius. Quod Privile
gium Generale, et Declaratio
ipsius sint Fori, et pro foris ha
beantur et observentur. Deci
mus quartus. Ut Iudices Ara
gonum in dicent et audiant
Causas, et Relationes faciant
et non alii. Has Leges Rex et
qui cum eo erant praesentes
in Curia iurarunt perpetuo
tenere et observare, easque
iussit Rex de Romancio in La
tinum converti sermonem:
sed aquo in earum praefatio
na non dicitur sproque Foro
aliis Foris Aragonum per prae
decessores suos antea editor-
post IX. Librum Fororum man
davit adiungi: et eos Librum X
Fororum voluit nuncupari.
De illis vero ^hec^ Ioannes Exi
minus Cerdan Iustic. Arag in
sua Epistola, post Foros Regni
edita, de qua suo loco dicemus,
" palam ingeminat: Primeramente
" mente he oydo decir, que antes
de

A Quintus. Quod aliquis Iudex ordina
rius non habeat, nec habere possit
nisi unum Locumtenentem, vel
assessorem sui ipsius. Decimus. Ut
Administratores Aragonum Officiorum
Domini Regis rationem reddere tene
antur: et in quo loco Registra Regni
Aragonum debeant remanere: i.e. in
Regno Aragonum in certo loco in Civi
ta Caesaraugustae per Regem deputando
quod tamen locum usque ad ann. 1461.
designatus non fuit ut suo dicemus.

„ de los Fueros de la Union que
„ es de el Dezeno Libro los negocios
„ de la Corte de el Justicia de Ara
„ gon eran muy pocos, pero
„ apres de ellos, el dito Officio
„ fue muy es ampleado è es lar
„ gado, assi en feytos de Officio
„ les delinquentes contra Fueros,
„ è otras cosas, segund en los
„ ditos Fueros es contenido: e
„ los Advocados por razon de aque
„ llos, aduzen la mayor partida
„ de los feytos de el Reyno ala
„ Cort de el Justicia de Aragon.
sunt Aragon. Omnes Fori hue
usque Regno a Regibus dati cum
Privilegio Generali, et eius De
claratione Lib. X. fol. 199. Fori
vero 489

Fori Aragonum

Anno 1349 Medio Mense Mar
tii, Rex iterum curias Gene
rales Aragonensibus celebra
vit (sive superiores continua
vit) in eadem civitate Caesar
augusta, in quibus, alios XXII.
Foros Regno dedit sub XVIII. tit.
distributos. In quorum primo
„ Tit. de Jurisdictionibus For. 3. Rex. ser
„ vare volens praeceptum Divi
„ num (ut ait) quod continet or
no

„ noris ..ber.. tibus vetera ab-
„ re teneantur, propterea scrip-
„ turis publicis in dicto Regno
„ Aragonum amodo conficien-
„ dis numerum Aera, et apposi-
„ tionem ipsius, et ipsam Aeram
„ a prophano Imperatore Caesare,
„ ante adventum Domini Nos-
„ tri Jesuchristi constitutam,
„ qua in dicto statuto con-
„ vit apponi abiiciendam pro-
„ vidit et cassandam, Et de
„ voluntate totius Curiae su-
„ pra dicta ordinavit, ac etiam
„ statuit firmiter injungens,
„ quod amodo omnes Nota-
„ rii in contractibus procen-
„ bus, et scripturis publicis, in
„ Curiis et extra conficiendis,
„ ... ipsius Aera N. Nativit.
„ Dom apponere tenerentur,
„ de tempore confectionis earum
„ in futurum nulla dubita-
„ tio oriatur, id teneretur di-
„ cti Notarii inviolabiliter
„ observare sub pena arbitrio
„ Regis infligenda delinquen-
„ tibus in praedictis Tit. 5 est. Ve-
„
fra-

fratres vel propinqui absen
tis a Regno Aragonum per de
cem annos: recuperare vale
ant bona ipsius absentis à
procuratore per ipsum ante
constituto. Fit. 9 ait Quod Fi
sici, cirurgici, atque apothe
carij teneantur nominare
in suis cedulis et receptis, qu
as nuncijs egrotorum tra
dunt, herbas et res medici
nales et alias necesarias-
ad salutem eorum pro qui
bus petitae fuerint per no
mina propia et in vulga
ri. Fit. 10 est: Ut Minor XX
annorum nequeat facere al
baranum, diffidimentum neque
alium contractum alienationis
bonorum suorum, testamento
et Codicills exceptis. Fit. tandem
18 qui de Alfardis inscribitur
singuaris est, dicitur in eo e
" nim; Quod cum propter defectum
" et nimiam elongationem alfarda
" rum exolvendarum (i è pretium
aqua ad irrigandum vendi sole
" tae) cequia, et brazales remanent
"
re

„ Vepieta, atque [illegible]ta terra,
„ soratibus, et imm indicijs. tali
„ ter quod hæreditates nequiunt
„ irrigari: ex quo hæreditatibus
„ et Dominis earundem provenit
„ non modicum detrimentum:
„ propterea; de voluntate totius
„ curiæ prædictæ, cum negoci
„ um hujusmodi tam clericos
„ quam Laicos multum tangat,
„ statuymus ac etiam ordina
„ mus, quod Prælati, et eorum
„ vicesgerentes, et alij quibus in
„ cumbat, teneantur ad requi
„ sitionem laicoram, dictarum
„ afardarum collectorum, senten
„ tiam vel sententias excomu
„ nicationis in clericos eis subtra
„ tos pro-ferre, quod dicti clerici
„ infra XV. dies postquam requi
„ siti-fuerint exolvant alfar
„ des, quas pro suis hæreditatibus
„ dare tenentur: alias ex tunc
„ dicti alfardarii, seu alij depu
„ tati ad colligendum dictas al
„ fardas, eosdem clericos tanquam
„ si essent laici valeant com
„ primere, et sine contradictio
ne

„ne aliquis praesumat, et punien vendere, pro ut est contra laicos fieri, ut dictum“ Hae Leges sive Fori de speciali Regis mandato per dilectum Consiliarium suum Ioannem Lupi de sene Iustitiam Arag. ex Romanis in latinum translata fuerunt, et sub numero Libri X. collocata.

Forus Aragonum.

Anno 1350. Die Martis IV. Non. Maji in eisdem Curiis rogatus fuit ab eodem Rege de voluntate curiae Forus alter Tit. De augmento et cuditione monetae, quibus solemnitatibus ipse praefert Rex et omnes quicunque in curia ipsum iurarunt perpetuo tenere et observare. Inter testes ipsius Leguntur Rodericus Didaci (sive Diaz) Miles Vicecancellarius, et Lupus de Guerea Miles Camerarius maior dicti Domini Regis, et post alla tot iam supra Foros collocatus est Sunt itaque Fori omnes huc usque Regno a Regibus dati Lib. X. Tit. 218 Fori vero 512

Litterae Clementis Papae VI. severissimae ad Regem Aragonum.

Eodem Anno VI. Kal. Decemb. Littera eiusdem Pontificis Clementis VI severissima ad Petrum Regem ob ministrorum eiusdem atrox fa

ct

cimus patratum in persona Be-
narai Hhanant canoci Vale-
tini et sedis Apostolica Inter-
nuncij, et illius parentes, causa
competentiarum Iurisdictionis.
Ex illius Regestro tom. 9. epist. ie
caet. pag 169 Refert odoricus Ray-
naldus h a n 45

Rex et Veneti contra Gennenses armantur, insignis illorum clades

Ann 1351 Fit Societas Regis Ara-
gonum, et Venetorum contra Ianu-
am (Genova) armantur per hos no-
nagintaGalea vix uniquam in
mari tales et tanta copia con-
venerunt. Ex Cortes hist. lib 10 c 7.
tradit Odoricus Raynaldus h. a n.
24

Legatio Regis ad Clementem VI.

Eodem Anno Secunda Die XXIV.
Septembris Instrumentum Pro-
curatorium Regis, et Legationis
ad Clementem VI Pontificem in
faborem Religiosi fratris Hugonis
Abbatis Monasterij Rumpulli (Ri-
pol) ordinis sancti Benedicti. Nobi-
lis viri B. de Capraria (de Cabre-
ra) et Lupoi de Luxeo Camerarij
minoris militum, et Bernardi
de Olzinillis (Olzinillas) Le-
gum Doctoris Thesaurarij Consi-
liariorum suorum ad componen-
dum se cum Pontifice super
fac

facta superiori anno commemoratis Ex Litt. Privilegior. R. E. Arch. Vatic. tom. 3 pag 122. refert Odoricus Raynaldus h. a. n. 26

Literae eiusdem Pontificis ut Regem cum Genuensibus conciliaret.

Anno 1352 XII. Kal. Aprilis Litterae eiusdem Pontificis charissimo in Christo filio Petro Regi Aragonum illustri, ut cum cum Genuensibus conciliaret Ex ipsius Registro tom. 10 ep. secr. pag 205 refert Odoricus Raynaldus h. a. n. 13.

Fori Aragonum

Eodem anno Die I. Mensis Septembris Rex convocatis iterum Regni Aragonum Comitiis in quibus Joannem primogenitum suum charissimum in Regem post dies eius iurare fecit, Novos etiam Foros regno dare intendisse, sed morbo correptus atque ab eo onere vacare coactus, tres tantum Foros, seu totidem Statuta collocatos Regno dare potuit. Primus, ut Justitia Arag. possit deinceps habere duos Locumtenentes; aucta nimirum fuerat officii sui expeditio ut iam supra ad ann. 1348 monuimus. Secundus, ut Justitia Aragonum teneatur consulare supradictarii (Jurisdictionis suae Judices) in his qui

gentis eundem duxerint con-
sulendum: alios vero iudices
in causis criminalibus, et ca-
ribus? quibus andiis tan-
tum. ferebus est. Revocatis
ordinationum factarum
super salarijs agricolarum et op-
rariorum, collocati sunt post alios ei-
dem Lib. X. Suntque omnes hucusque
Rogati Lib X. Fol. 221 Fori 515

